

suapte natura mordax, aut vanquam est eius innocentia certa ac firma securitas, securaue consuetudo, & familiaritas, perfidum enim Animal est, & cum minus creditur, in crura, aut manus inuolat, ac versute interdum blandimentis prouocat quos adoriantur incautos, terrorem fatagit, incutere inuidentibus sonitu quodam rauco, horridoque, & technis, ac arte vincere quos vi opprimere est impos. Alitur sanguine Cohortalium, aut Gallipauorum, quos aut intra domicilia, aut in agris agentes, clanculum ac per insidias corripit ac lacerat, item culmis spicisque Tlaloli quorum est pernicies, arborum pomis, ac melle metu, perque hyemem muribus, ac lacertis, & alijs huiusmodi Animalibus, incedit quandoque posterioribus tantum infilens pedibus, & furto quidquid offendit surripit. Sunt qui ad Simiarum genus aut Cercopithecorum, id Animal referant, sunt qui ad Quauhpecotli, nec desunt qui ad indigenas Vulpeculas. Animal tamen videtur sui generis ac ceteris adhuc mihi cognitis forma, & moribus dissimile. Vivit tunc Colci in antris, & Cauratibus Montium, Colliumue. Sunt qui Yllamaton, seu yetulam vocent, nec desunt qui Maxtle, seu golspinum cingulum, aut Cioatlamacazque seu Sacerdotissam.

De Ayotochtli, seu Dasipode cucurbitino. Cap. II.

Habetur supra volumine 1. lib. 9. cap. 1. fol. 314.

De citli, seu lepore. Cap. III.

Fert etiam lepores noua Hispania nostraribus similes, forma atque alimento, sed auriculis longissimis pro corporis magnitudine, latissimisque, intexi solent pili ab indigenis vestibus, linteisque quibus veuntur palliorum vice, necnon & natiui velut & Dasypodium lanugo, ac variarum animalium plumae, tanta est harum Gentium circa res fere nihil industria atque diligentia.

De Tochtli seu Dasypodium generibus quos Cuniculos vocant.

Cap. IV.

Inuenias apud novam Hispaniam varias Dasypodium differentias, prior est. Spactli, seu hispanicus, qui si pinguibus verteretur agris, non minus iucundam, quam apud nostros alimoniam praebet. Secundus est. Elizactochtli, seu pectus eandens. Tertius Cuitlatepolli, seu breuis cauda. Quartus qui pertinet ad peruvios vocatus Tocantochtli, seu Talpa Mexicensis quam Tucam vocant, figura. Quintus Quauhtochtli. Sextus Metochtli. Septimus Cacatochtli. Octauus alter Cuitlatepolli. Ultimus vero a rubeo fuluoque colore quo variat nuncupatus Elapaltochtli, quorum omnium forme non nihil inter se distantes sunt, & ideo diversis nuncupantur nominibus, nimirum enim vero nostrarium insuauius est, & durius. *Aunque de tallos de marmol de la parte de la montaña de la que se saca el granito se saca este animal que es de color de la piedra*. Peculiariter de officina exterritur ex parte de la montaña de la que se saca el granito, locis vero de quibus nuncupatur, aetate non poterit spallire a morte.

De

X. De Tlacuatzin. Cap. V.

Habetur supra volumine 1. lib. 9. cap. 18. fol. 330.

De Hoitztlacuatzin seu Tlacuatzin spinoso. Cap. VI.

Habetur supra volumine 1. lib. 9. cap. 12. fol. 322.

De Tzonyztac, seu Quadrupede Capillorum cudentium. Cap. VII.

Offenduntur etiam (vt audio) non procul ab Australi Pelago in Provincia Tozlan, & Casapani Ferarum genera à candore capillorum vocata Tzonyztac, breibus cruribus, colore atro, crasso corpore, manibus pedibusque, & corporis magnitudine Tigris, ac prolixa cauda, Animal raro veniens in hominum conspectum, & quod transfixum sagitta aliquando succumbat, fabulantur Indi; luteo capite visum, celerem prenunciare mortem, cudenti vero, longam vitam polliceri, sed indigam, ærumnosamque, & refertam laboribus.

De Tlacaxolotl, seu Fera rotunda facie. Cap. VIII.

Animal est Tlacaxolotl Tauro vastius capite magno, prolixo rostro, latissimis auriculis, atrocibus dentibus, humana penæ facie, vnde sumpsit nomen, crasso collo, manibus, pedibusque, & in his taurinus vnguibus, sed maioribus, clunibus magnis, latisque, cauda crassa, & prolixa ac pelle crassa, fuluoque hispida pilo, rarum animal, faxorumque & solitudinum incola, Atzaceani, Teponzotzontle, & Tlaquelapani non procul à regione, quam à sitù profundiore vocant de Honduras, vescitur montano Cacaoatl, Quapachli, & Oriente Tlaloli vastatis passim aruis, satisque, & cum horum non adeat copia, folijs arborum, & Fruticum. Caro eius edulis est, Quadrupedumque, & pariter Volatilium saporem præferens, hominum conspectum non reformidat, neque sagittarum ictibus occumbit, adeo est illi tergum impenetrabile, quamobrem defossa terra, ac deluper concreta ramis ac trondibus, & subaggerata capitur, haud aliter ac apud Indos, Elephants.

De Anonymo quadam Animali. Cap. IX.

Offenditur, & aliud Animal, cuius nomen nondum accepi, hispidum; ac Vulpis cauda fusca, & subnigra, iubatumque postquam consenuit, auriculis paruis, & angustis, corpore eius modo vario, plana, & lata facie qualis est humana, crasso rostro, halitu lethali, sagaxque, & versutum, & imbecillorum Animalium Insidiator, & Raptor atrox,

A 2

De

De Tigri & Tlalocelotl. Cap. X.

De quo supra. Ios. Fabr. 498.

Vulgaris est huic Orbi Tigris, sed nostrate maior, necnon Tlalocelotl, seu parvus Tigris vocatus, quoniam illi videatur similis forma, atque specie, quamvis corporis cedat magnitudine, maculae vero fulvae ac nigrae sunt, non pallidae atque carentes, quales in Tigribus, esse solent. Agreditur Indos, Hispanos fugit, ea est huius Gentis imbecillitas, aut Hispanorum feritas, ac ei Animali congenitum ingenium.

De Miztli. Cap. XI.

Leoni nostro minime subato aut idem est Miztli, aut congener, in infantia fuscus, & fulvus in iuventa, interdumque rubeus, aut subalbidus in maiorem tamen corporis assurgens molem (quod ob regionis diuerstatem potest euenire) ac longe minus ferox. Est & Quamiztli affinis Leoni, vnde nomen, sed mitior, agiliorque, quo fit ut quidam Hispanorum Pantheram esse putauerint. Ad eiusdem pertinet differentias Macamiztli qui à Ceruo, & Leone sumpsit nomen, Ceruum atque Leonem quibusdam corporis partibus imitatus, necnon & Cuitlamiztli à Leone, & Lupo indigena nomenclatione mutuata; Leone crassior minor tam, mitiorq; & cum vinat Ceruorum, ouium, & Cohortalium Venatione, interimatque etiam dum satur est quemcumque offendit Animalia, cum famem semel explevit, binos, ternosq; dies dormit, abstinentis a præda donec rursus esuriat. Est & Tlamiztli felle minor, sed facie Leonina, cuius exhibemus imaginem ob mirandam in tam paruo corpusculo Leonis Animalium penè omnium ferociissimi similitudinem; Ad huius fortasse differentias pertinet Leo ille parvulus, quem audio à Margarita Insula ad Regem Philippum delatum in itinere defecisse.

De Ytzcuniquani, seu Canum Interfectore. Cap. XII.

Vulgare est huic nouæ Hispanæ Ytzcuniquani improbum Animal, & nouum, indigenis, appropinquat per noctes Oppidorum subvrbis. Vl. lulanque vi euocet ad se canes quos trucidet, ac voret; atque ira interemptis probis, fidisque domiciliarum Custodibus vita sua parato victu cauet, ac propicit. Sunt qui idem Animal cum Cuitlamiztli esse putant, nec defunt qui cum Itzquintecuani, de quo inferius.

De Coyotl, seu Vulpes Indica. Cap. XIII.

Coyotl, quod quidam Hispanorum Vulpem, alij Adipum, atque alij sui generis esse putant, Animal est veteri ignorantiorbi, lupino capite, oculis viuidis, magnis, atque pallentibus, paruis, & acutis auriculis, rostro longo, nigro, neque admodum crasso, neruosis cruribus, vncis ac crassis vnguis,

cauda

cauda valde hispida, crassaque, noxio morsi, ac denique ad formam nostratis Vulpis accedens, ad cuius fortassis genus erit referendum, mediaque inter eum, & Lupum magnitudine; Vulpes enim nostrate duplo maius est, & Lupò minus, quamobrem non Ques solum ac similia Animalia, sed Ceruos quoque dicitur in uadere atque occidere, & interdum quoque homines, fusco, longo, candidoque promileue pilo legitur; lagax est in venatu, ac Vulpinis monibus: atque adeo pertinax iniuriarum vltor, & erexit aliquando sibi præda memor, vt post dies aliquot agnoscat Raptorem, insecteturque obuium, & interdum etiam alijs sui generis comitatum aggrediatur, etsi fieri possit morderet, & trucidet, cognitique magno studio, & cura adibus atque interemptis quibusque domesticis animalibus vltiscatur iniuriam, & infestu hominis sumat pœnas. Est etiam erga beneficos gratum, adeo ut allatis ante eum Cohortibus, & cetera præda parte animi benevolentiam plerumque testari soleat. Quod spectat ad vnum me dicum, aiunt, dentium pene eius expurgatorum sedari dolorem. Viuit permultis Nouæ Hispanæ locis, ac præcipue in frigis & rigore declinantibus. Viicit imbecillorum Animalium præda, Maizio, alijsque frumentaceis, & saccharinis quoque si quando offendecit arundinibus, capitur decipulis, laqueisque, & occiditur sagittâ.

De Cuitlaxcoyotl. Cap. XIV.

Ad. Coyotl differentias pertinere videtur Cuytlaxcoyotl, nam eisdem quoque præditus est moribus, & forma etiam esset eadem, nisi Cuetlaxli pilo similiis videretur, vnde inuenit nomen, collo crasso, & impense hirsuto, petorisque, & faciei pilorum longiorum à Ceruo, terrificus. Ad idem genus referuntur Atzacoyotl, & eodem præditus est ingenio: sed Formicau assidet cauernis, vnde nomen: cumq; noctu vllular multiformes edit clamores, necnō & Tlalcoyotl, qui ramen verlatur circa Oppida, & ex Cohortalium rapina magna ex patet viuit.

De Ocotochtlis seu p. . . Dasipode. Cap. XV.

Animal est ferum, vertagi magnitudine, tereti, humili, & crasso corpore, auriculis paruis, facie leonina, Felisue, viuidis oculis, & modo rubra, crassis cruribus, vngibus vncis, fusco circa dorsum pilo, circa ventrem candido, ac iuxta reliquum corpus cinereo, vbique vero nigris consperso maculis rotistro, ac cauda breuibus, alpere lingua, vllularu exili, & incredibili perniciitate. Viuit Tetzcocanis montibus, venaturque Ceruos, & alia huiusmodi animalia, & interdum etiam homines, lambens, attingensue lingua eorum oculos, cui tanta inest vis veneni, vt è vestigio obcæcer adeoque interimat. Occisorum cadavera herbis, scenoque, aut cespitibus tegit, & consendens propinquas arbores vllular, statim feræ circumstantes intelligunt sua desideria, accurritque, quam celerrime, & satiantur præda, postremumque omnium Ocotochtlis, ne si prior ad eicas accesserit, cetera animalia attingentia Cadauer eius examinentur veneno.

De

De Oztohua. Cap. XVI.

Species est Vulpis peregrina, nostrati similis forma, atque magnitudine, quaque tres dodrantes vix superet, nigro, candidoque vestita pelo, sed quibusdam in partibus fulvo, similibus quoque moribus, & proxima versutia. Alitur Cohortibus, & alijs imbecillibus animalibus, quibus tendit insidias, atrociter morder, incolit soucas, inde nomen, & in Terra caitatibus occultata educat lobolem; cumque aliter non datur hominum vitare manus simular se mortuam, quin apud has Gentes in cibi iam diu venit visum; quamvis crepitus ventris sit illi scidissimus, Ociuitensesibus versatur agris, vbi illam curauimus depingendam. Est & altera species; quam Tepemaxtlam vocant, eadem penè forma, & natura, sed nulla in parte fulua, & cauda nigra, albiflava fascijs transuersim discurrentibus varia, quæ prouenit quoque apud Ocuitenses.

De Quauhpecotli, seu Mele Montane. Cap. XVII.

Animal est duos plus minus dodrantes longum, rostro prolixo, tenui, ac versus superna contorta, prolixa item cauda, pelo longo circa aluum caderet, ac per cetera fusco, aut arro, carenteque, sed circa dorsum nigriore, atris pedibus, & incurvis vnguis, mitescit facile, vorax est, nullisque parcit oblatis escis, nec tamen editur eius caro: placidum est animal, ac mille modis blandiens, ac ludens, noxiom tamen iognitis, Melis videtur genus, atque ita Texon vocari consuevit ab Hispanis Indigenis. Accepi à viris fide dignis, & qui apud hosce agros diutissime sunt versati, alia insuper reperiri genera duo, quorum alterum sit nostras Melis, qua tamen adhuc non sunt ad me delatae. Vinit in regionibus calidis, verum aliter domi etiam in temperatis, & frigidis.

De Yzquierpatl, seu Volpecula quæ Maizium torrefactum emulatur colore. Cap. XVIII.

Habetur supra volumine 1. lib. 9. cap. 20. fol. 332.

De Cercopithecis. Cap. XIX.

Habetur supra volumine 1. lib. 9. cap. 7. fol. 318.

De quibusdam Canum peregrinis generibus. Cap. XX.

de uno supra. Io. Fabr. fol. 466.

Pratèr Canes notos nostro Orbi, qui omnes periè ab Hispanis translati, ab Indis in his plagiis hodie educantur, tria alia offendas genera quorum primum antequam huc me conserrem vidi in patria, cæcros vero neque conplexeram, neque adhuc eo delatos puto. Naturæ omnes atque moribus, nostris similes sunt, nec forma admodum differentes. Primus Xoloitzcuintli vocatus

halios corporis vincit magnitudine, quæ tres plerumq; excedit cubitos, sed habet speculare nullis pilis tegi, verum molli tantum, ac depili cutre, fulvo atque Cyaneo colore maculata. Secundus Melitensisibus canibus simili est, candido, nigro, ac fulvo colore varius, sed giber osus, gratusque iucunda quadam deformitate, ac capite velut ab humeris edito, quem Michuacanensem abora, unde est oriundus vocare solent. Tertius vero nunc parus Techichi, Catulus similis est noli ratibus, Indis edulis, tritii aspectu, ac cetera vulgaribus similis. Atque haec de canibus Nouæ Hispanæ breviter dicta sunt.

De Tepeytcuitli, seu Cane Montano. Cap. XXI.

Animal est Canis parui magnitudine, audacissimumque, aggressitur etiam Ceruos, & quandoque etiam interficit. Corpus vnuerum nigrum est, sed caput, pectus, ac collum candens, pilis longi, & cauda longa, & caninum quoque caput, unde nomen: vescitur Vitellis ouorum, & pane ex aqua calenti resoluto, si quando contingat cicurari.

De Macame, seu Ceruis. Cap. XXII.

Habetur supra volumine 1. lib. 9. cap. 14. fol. 324.

De Cuetlachili, seu Lupo Indico. Cap. XXIII.

de quo etiam supra Io. Fabr. fol. 479. Sub nomine Xoloitzcuintli.

Forma, colore, moribus, & mole corporis Lupo nostrati simili est, atque adeo eius (vt mihi quidem videtur) speciei, sed ampliori capite. Tauros vero sicut & nostras Lupus aggressitur, & interdum etiam homines: reperiuntur nonnulli carentes quorum etiam exhibemus imaginem: Viuit in calidis nouæ Hispanæ locis.

De Tucan, seu Talparum Indicarum quodam genere. Cap. XXIV.

Talpa (ve videtur) species est, dodrantem aquans longitudine, & latitudine humerum humanum, carnis pinguisque, atque adeo brevibus cruribus instans, & ventre penè terrâ attingat, fulvo pelo, brevi cauda vincipibus vnguis, longique, rostro murino, paruis, & orbicularibus auriculis, binigra superna parte, corde inque inferna primoribus, longis exertis, & incurvis non sine alijs, qui licet longe minores, sunt tamen firmissimi, edulis est caro pinguis, ac secundo gustu, sed stuporem incutit dentibus rodentium ossa; habeti est vita: ac sub lucem prius nullo, subterraneis caitatibus viuit, atque adeo numerosis terram cuniculis terreat ut non sit totum quæ parte latet. Viatores agere iter. Cum antro egredi contingit, repeteret illud nescit, atque ita alterum de novo excavat, quo se condat, vescitur omni radicum gaster, & quibusque Tlaqlili partibus, nec parcit phæsolis, alijue seminibus, quæ in cibos annuos

annuos suis latibulis seruat, ac vbi opus sit, deuoranda reponit. Est & aliud apud Nouam Hispaniam Talparū genus, & eo quod luminis prorsus sit expers, permulta Murium differentiae nostræ Gentis prorsus ignota, quas modo ob temporis angustiam prætermisssas per maius fortassis otium aliquando prodemus.

De Coyametl, seu Quauhcoyametl. Cap. XXV.
de quo etiam supra I. Fab. fol. 637.

Coyametl quem alij Quauhcoyametl quoniam est montanus, alij Quauhtlacoymetl, alij vero Quapicotl vocant, apro nostrati videtur similis, sed longe minor est, & umbilico (ita enim vocatur ab indigenis) circa dorsum mirabilis, in quo se recipit humor quidam aqueus, qui digitis expressus fluit, nec tamen is verus est umbilicus, aut subest quicquam ab eo quod in alijs animalibus reperiiri solet diuersum: quod eo disseco cognovimus, aliudque quam glandulosâ quædam, & mollis pinguedo; serus est, ac truculento cum primum capitur morlu, sed cum circurat placidus est, & amicus domesticis, habeturque in delicis, caro est similis fuisse, aprinae, sed durior, atque insuauior, setæ sunt asperæ, albo ac nigro promiscue variata colore. Vescitur glandibus, radicibusque, & alijs montanis fructibus, nechon vermiculis, lumbriis, atque alijs eiusdem generis animalibus, que lacustribus humidisue, & viginosis nascuntur locis. Deuastant etiam sata, cum ab eis non arcentur, gregatim ambulant, & redditis mites aluntur quibuscumque esculentis domestici velci solent, verum digiti pedum manuumque variant, siquidem alijs productiores sunt, alijs breuiores.

De Quauhtechallotl. Cap. XXVI.
de quo supra I. Fab. fol. 582.

Vinque sunt Sciurorum præter veteri Orbi notos differentiae quos Indi Quauhtechallotl sic nuncupant aut Tlilocorequillin cognomine sum: pro a corporis, & caudæ colore, nempe nigro, & a pinibus quos colunt vescuntur potis quæ ex arborebus decepunt in carundé cauitibus reconditæ seruantque in hyemalibus limonias, vbi & sobolem educant, & nihil nō abundunt, versuti sunt, passerini voces sonant, & caudam quæ se totos operiunt, lenigeram gestant, mitescunt facilis opera, & quibusvis aluntur nutrimenti, dum comedunt posterioribus insunt pedibus, orique cibos admouent prioribus, attollentes maiori ex parte caudam ac corpus eadem nisi in cursu tegentes, tunc enim protendunt illam, eiusdemque irati pilos erigunt, adiunguntur eorum peiles internis vestium partibus caloris conciliandi, atque ornamenti gratia, fulgata ad eum modum deformitate, & hyemalis rigoris seruitia. Secundus Quauhtecallotl quapachtl, aut Coztio corequillin à luce alii colore dictus, in duplam ferè crescit magnitudinem, alboque, nigro, & fusco colore, promiscue tegitur, si ventrem excipias qui pallens est, aut fulus quemadmodum

dum attigimus, & caudam gerit prælongam, pilosamque quæ se interdum operit; Viuit in terra foraminibus, & antris inclusus, in quibus quoque educat prolem: vescitur indicu frumento, quod raprum ab Aruis in hyemem recondit. Verfutus est velut & reliqui, nec vnguam cicuratur, aut congenitam deponit feritatem. Tertius Techallotl dictus, caudam ferè depilem gestat, ac breuorem, nec dodrantem vinceat longitudine, non cicuratur, sed perpetuò mortet atrociter, & corredit oblata omnia, fusco, & candardi colore promiscue tinguuntur, & posterioribus quoque innixus pedibus oblatam edit alimoniam, sed præcipue maizij spicas apprehensas anterioribus; oculi sunt magni si illos cum ceteris partibus conferas, viuit in antris, quæ vnguibus facile excavat, consternitque lana, gossipiæ, & quotis alio molli stramento, ac Passeres voce imitatur. Quartus Tlalmototl dictus spitamæus est, caputque, & oculos habet pro corporis amplitudine maxima, caudam vero longam, pilosamque & lineis albis, fuscis, ac nigris interstinctam, quæ se eodem quo alijs modo tegit. Color totius corporis varius est, & quandoque inclinans in fuluum, cetera præcedentibus similis. Quintus dictus Quimichpatlan seu Mus volans, fusco pilo, nigroque promiscue tegitur, qui propè brachia & crura est prolixior, ac parvorum alarum forma, cuius gratia tanta celeritate in has, & illas arbores se vibrat ut dicatur volare, est autem ceteris minor, paruo, & murino capite, magnis auriculis, nec alia quæ ceteræ horum animalium differentiae virunt alimonia, caudam eius vistam, ac redactam in puluerem deuoratamque, aiunt parturientes iuware. Est & aliud genus IztaTechallotl vocatum, ceteris forma simile, prolixitatèque, & lanuginosa cauda, capite, tamen, collo, & clunibus desuper fuluis, cauda per alterna interualla cyanea, subalbidaque, sed fuluis distincta lineis, cetero corpore subalbido, vnde nomen, ac pilis caruleis vario.

De Quauhtentzo. Cap. XXVII.

Genus est Sylvestris Mustellæ prælongæ caudæ, fusi pilo molissimique, & punctis nigris distincti, mitissimum animal Vulpeculae simile, & quod accedit etiam ad cognitos & domesticos, parantur è pelle eius vestes magno habita in pretio, tum ornamenti gratia, tum etiam arcendi frigoris molestias, manus ac pedes sunt Quauhpecotli, alitir platanis, & alijs fructibus, ac vitam agit in regionibus calidis Xonotle, vnde missum est id animal, sed Pictorum incuria periret eius imago, aut fortassis cuiuspiam minus honesti Virirapina.

De Tepe Maxlaton. Cap. XXVIII.

Genus est Felis sylvestris, Mustellæ, nam & æluro par fere est magnitudine, pilisque vestitum nigris, & promiscue candardibus, puluis eius dicitur febrentibus conferre, rostrum est longum, auriculae parvae, brevia crura, & cauda eisdem trasversis fascijs, nigris, candidisque, quibus Tepemaxtla, Ocoitucensis, cuius videtur species variare.

De Coyopollin. Cap.XXIX.

Animal est paruum, muris mediocris magnitudine, aut paulo maius: cauda vero auriculis & rostro Tlacuatzin simile: nam cauda etiam pro manibus vixit, & natus matrem in metu tener amplexam, cauda est crassior munita, firmiorque, venter ex albo pallescit, auriculae sunt translucidae, pedesque & crura candida. Educat in arboribus sibole, possetq; in genera Tlacuatzin referri, ni alicui potius arrideat magis pertinere ad mures, aut esse sui generis animal. Viuit in montibus Tepeztlanicis ubi inuentus est delineatus atque descriptus.

De Tauris, Vaccisque Quiuiræ Regionis. Cap.XXX.
de uno supra Io. Fabr. fol. 587.

CVM Hispani in eas penetrauerent Regiones, inter alia miranda dictu, offendunt Armenta Taurorum sylvestrium, modico humilique corpore, dorso incuruo, & frequentibus iubis, lacinias longius propendentibus, ac fulvo totius corporis colore, & carne, nec sapore aut laubritate nostratum Vaccinarum carni cedente, qua cruda Incolæ vescuntur epotato sanguine, & pellibus aduersus frigora corpore munito. Audio Vaccam unam ex his delataam ad Philippum Maximum, & ultra flumen quod habet nomen Aconchis, Hominum quoq; genus incuruum reperiiri, quod tamen adhuc non satis habeo perspectum.

De Ytzcumtepotzotli seu Canibus Gibbis. Cap.XXI.
de uno supra. Io. Fabr. fol. 466. Sub nomine Ytacuintepotzotli.

AT quid mirum Taurorum hominumque gibberosa reperiiri genera, quando gibbosum quoque Canum genus offendunt, quos vocant Michuacanenses ob plagam à qua sunt oriundi. Sunt hi melitensisibus paulo maiores, & colore velut & nostrates variantes, collo penè nullo, & capite ex scapulis prodeunte, cetera reliquorum Canum moribus, atque natura, nec alter applaudentes heris, atque colludentes.

De Caluaria reperta Chalei & de repertis Gigantum ossibus.
Cap. XXXII.

Monstricorum quæ præcessere animalium enarratio videtur exposcere, ut subiectam repartam apud Chalcenses ab effidentibus pureum humanam caluariam dupli facie, quaternis oculis, naribus, maxillis binis, quatuorque, & sexaginta dentibus, & his ipsis non modo iustam assequuntis magnitudinem, sed multorum annorum usu consumptis atque protritis. Quomodo mirere Androgynum illum, quem aut tulit Antiquitas, aut Plato philosophanus gratia confinxit, quin permulta Gigantum non vulgaris magnitudinis ossa per hosce dies inuenta sunt, cum apud Terzonanes, cum apud Tollucenses, quorum nonnulla in Hispanias delata sunt, alia vero miraculi gratia à Prore-

gibus

gibus seruantur, inter quæ dentes maxillares esse scio quinque circiter vincias latos, ac decem longos, vnde conigere licet capitis amplitudinem quod bini homines extensis brachijs vix posse amplecti. Hæc autem notiora sunt, quam vt fides queat illis ab aliquo denegari, & tamen non me latet à multis iudicari multa fieri non posse antequam facta sint, adeò verum est atque indubiatum quod Plinius noster dixit, *natura (nempe) vim ac maiestatem omnibus momentis fide carere*, siue horridæ magnitudinis homines aliunde in hanc regionem venerint (cum apud Promontorium bonæ spei Paragones quosdam versari monstrifica proceritatis narretur.) sintque ab indigenis occisi, siue volente natura eos hæc tulerit Tellus, aut clumque numerum pertimescentes Indi, genæ vastauerint ac funditus deleuerint.

De Tepemaxtla. Cap.XXIII.

SPecies est Vulpis, candido, nigroq; & fulvo pilo vestita, capite parvo, modicis auriculis, corpore gracili ac quaternos ferè dodrantes longo, rostro, que tenui, & prolixo, moribus vero vietquæ & rapina ceterarum Vulpium: offendunt vbiuis, sed præcipue calidis in locis.

De AEluro à quo Gallia vocata corraditur. Cap.XXIV.

NON me latet vulgare esse hoc Felis vocati genus Hispanis, quanquam Aduenam non indigenam, verum qui ex Insulis philippicis coepit iam in hanc nouam Hispaniam adferri, neque apud quenquam ex recentioribus, pro dignitate delineatum videram, curauit in his, quos iussu Philippi Secundi Maximi condo libros depingendum. Non tamen illius usum, & mores præteriens, tūm quod ab alijs nostris ataris descripta sunt, tūm quod Nos ad alia ignotiora enarranda properamus, aderit fortasse tempus, dabiturque Numinis concedente otium, vbi quæ nunc breuiter attinguntur, plenius ac latius possint enarrari. Verùm Felem hoc animal vulgo vocari reuocat in memoriam accepisse ab his qui nuper ab Hispanis nauigaruat in hunc nouum Orbem, ac Regia Philippi Secundi ad suere, ad eum delatum AElurum (ni fallor) à Lusitania Canum Melitensium more lanigerum, iubatum uè, aut laciniatum, ac candidissimo pilo insignem, atque amabilem, & in delicijs à tanto Principe haberí.

De Peruicheatl. Cap.XXV.

De quo supra. Io. Fabr. f. 660. Sub nom. Pelon Ichiatl equitli.

ET si intelligam peruinæ vocatas oues iam dudum delatas in Hispaniam, & ab omnibus pene visas atque cognitas, tamen delineandas putauit quod à nullo alio ante me pictas conspexerim, vt neque eos quibus fortè fortuna, ignota sunt, latere posset earum forma à nostris non parum aliena: sunt enim longè maiores, iniutili teetæ vellere, carne verò neque grati, neque probati alimenti, eisque viribus quibus in Iumentorum penuria non nihil ferre possint oneris, quemadmodum periclitatum est apud Peruvios priusquam eò essent veterina translatæ animalia. Illud silendum non est in horum peregrinorum

norum animalium ventre interdum reperiri lapillos illos quos à facultate
qua venenis aduersantur, Bezares Arabum Gens vocare consuevit.

De Ariete quadringeminis armato cornibus. Cap. XXXVI.

Offendi apud Mexicanos Arietes quadringeminis armatos cornibus, quos etiam vidisse in Hispania, depingendos tamen curauit, ut his qui non viderunt eos ex Icone innoteaserent, siue hi ad peculiare pertineant genus, siue eventu, casuque sint monstrifico editi atque producti.

De Tlacooyotl, seu Coyot humili. Cap. XXXVII.

Inueni in agro Tetzcocano animal pilosum valde, vocatum Tlacooyotl, duas longum spithamas, vnguis melis, aut Quauhpecotli similibus, breuibus cruribus & nigro vestitis pilo, breuissima cauda, corpore toto ex albo vergente in fuluum, sed dorso, ac superna parte capitis, & colli nigris, lineaque distinctis candardi, caput est paruum, rostrum tenuer, & longiusculum, canini exerti, ac vita vieti que eadem quae Quauhpecotli.

De Ytzcuintecuani. Cap. XXXVIII.

Similis est Ytzcuintecuani vocato Quauhpecotli, ac eodem modo meli nostrati congener, non solum corporis magnitudine, moribusque, sed rostro etiam (quod perlongum est, & tenuer) ac pedibus qui illos Quauhpecotli suisue parui videantur imitari, verum color albus est maculis nigris ac magnis distinctus, & spectabilis, nomen habet à mordendo canes, viuitque toto Tepeci non longè à mari australi.

De Leone paruo Insulae Margariferæ. Cap. XXXIX.

Avdio Leonum minimum genus missum elapsis annis ad Maximum Philippum secundum in itinere interisse, quod mirandum est, nisi fortasse AElurorum sylvestrium aliqua erat differentia, quae Leones facie referret, nec tamen ad Leonum pertineret genus qualem apud Mexicanos à me inuentam ac Tlalmiztli vocatam, depingendam atque describendam curauimus, dum historiam naturalem noui Orbis iussa Philippi Maximi condentes illic ageremus.

De Cacamiztli. Cap. XL.

ITa vocatum est hoc animal quoniam ad Leonum paruornm feliumne pertinet genus, & in iunctis versari soleat, quadrupes quaternas spithamas longus, sed corpore non admodum amplio, fulvo pilo, & aliquanti per prolixo teatro, auriculis breuibus ac penè nullis, clavirino capite, cauda prolixa, hispidiore, que, adeò est ferox ut Ceruos plerumque aggrediatur, atque etiam occidat, unde fortassis nomen, ni à sele potius profectum est: Miztli enim apud Mexicanos interdum AElurum, & interdum significat Leonem, viuit apud Panucenses, ubi illum curauimus & depingendum, & describendum.

Finis Tractatus I. Historiae Quadrupedum.

TRA-

**TRACTATVS SECUNDVS
DE HISTORIA AVIVM NOVAE HISPANIAE**

**Cap. I.
De Hoacton Foemina.**

HOACTLI mare paulo maior est, ventre, colloque alba, sed fusca passim intersectis pennis, reliquum corpus fuscum interpositis albis, oculi magni nigrique, sed iris pallens, cæteræ sunt illi cum mare similia. Ardea cinerea videtur species; sunt qui sentiant generis esse sui, nam magnitudine à cæteris ardeis duplo sere vincitur, sunt qui Xoxouh, qui Hoactli vocet.

De Quetzaltototl, seu Ave plumarum diuinitum. Cap. II.

Avis est cristata pauoninis magna ex parte ornata plumis, parcæ magnitudinis, rostro acuto, luteoque, & pedibus pallidis, cauda Tzamatl plurim prælongis vestita, aquæ virentibus, nitidis, & pauonini coloris Iridis folijs forma similibus, opertisque supernè alijs nigris cantibus, infernè vero & quasi parte pauoninas attingunt que in medio sunt inclinantibus in viorem, quasi cauente natura mediaram pulchritudini, crista plumis constat splendentibus atque pulcherrimis, pectus, columque infernè rubris & micantibus, ac pauoninis supernè qualibus etiam dossum tegitur, nec non ex partes quæ subter alas sunt, interque crura: sed dilutis exilibus & mollibus, plumæ alaru sunt prælongæ, virore tinctæ dilutro, & in acumen desinentes. Pennæ tegentes humeros virescunt, sed subter sunt nigrae, quæ vero alas interstant non nihil incurvæ, ac vnguium colore. Plumæ huius Avis maximi aestimantur apud Indigenas, ipsique auro quandoque præferuntur, nempe longiores ad cristas, & alia capitis ac vniuersi corporis bellica, pacisque ornamenta, cæteræ vero ad textilia opera, & rerum quarumvis, sed præcipue diuorum exprimendas formas. Cui rei pennas quoq; Auicularum (quas Hoitzitzillin vocant) permiscere atque intercere solent. Viuunt in Prouincia Tecomotlani ultra Quauhtemallan tendentibus in vocatas honduras, vbi magna cura cauerit ne quisquæ eas occidat Aves, tantum licet eas plumis exuere, ac statim dimittere, nec omnibus sed solis Dominis: sunt enim opimorum prædiorum loco, ac transeunt ad hæredes.

De Achalalaæcli seu Piscium Voratrice. Cap. III.

ACHALALAÆCLI quam alij Michalalaæcli vocant. Avis est Columbae magnitudine, & forma similibus, rostro acuminato, & nigro, tres digitos longo & proportione corporis crasso, caput crista ornatur è colore cyaneo in nigrum, tendente longaque, venter candidis tegitur plumis & collum torque candardi insignitur. Alæ infernæ albescunt sed postremis paribus videntur fuscae, & i-

can-